UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXXIII. Signatura per Fiat præfertur alteri per Concessum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62377

Visual Library

modò Cardinalis longo tempore non ſit abſens : quia tunc conſenſus ejus non erit neceſſarius : ratio eſt, quia talis abſens reputatur pro mortuo, inquit, *per mt. DD. in cap. Præſentata de Teſtib. Io. And. in cap. Si contra de off. deleg. in 6.*

Argumenta in Reg. XXXI. Innocentii VIII.

1. IN Bullis Apoſtolicis non ponitur ſignatura fiat, vel conceſſum.
2. Intellectus hujus Regulæ.
3. Hæc Regula extenditur, etiamſi habens ſignaturam per conceſſum ſit poſterior.
4. Item etiamſi habens per conceſſum ſit graduatus, vel aliàs privilegiatus & habens per fiat non ſit talis, & num. 14.
5. Generalis locutio generaliter intelligenda.
6. Generalia verba non extenduntur ad ea, de quibus non eſt dictum vel cogitatum.
7. Limitatur hæc Regula, niſi habens per fiat ſurreptitiè impetraverit.
8. Quod nullum eſt, nullum poteſt producere effectum.
9. Limitatur rurſum hæc Reg. niſi habens per conceſſum eſſet prior tempore.
10. Papa non intendit tollere jus quæſitum alteri.
11. Datarius non poteſt lacerare ſuppletionem ſignatam per conceſſum: nec in Cancellaria poteſt arreſtari ad inſtantiam partis.
12. Regula hæc in quibus differat à Regula moderni Pontificis.
    Signatura fiat ut petitur ſignificat gratiam de præſenti.
13. Regula xxv. de non judicando juxta formam ſupplicat. quando ceſſet.
14. Habens per fiat præfertur habenti per conceſſum, etiam graduato vel privilegiato.
15. An hæc Regula locum habeat in penſionibus ac ſignaturis ad beneficia vacatura.
16. Habens per fiat præfertur habenti per conceſſum etiamſi ſit poſſeſſor.
17. Prior in data ſi ſit, habens per conceſſum præfertur habenti per fiat.
18. Limitatur hæc Regula, ut non procedat in concurſu gratiarum ſi neutri.
19. Uter præferatur, an habens per fiat motu proprio, an verò per fiat ut petitur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula XXXI. INNOCENTII VIII. *quæ eſt XXXIII.* Pauli V.

SIGNATURA PER FIAT PRÆFERTUR ALTERI PER CONCESSUM.

ITem voluit quòd concurrentibus eadem die ſuper quocumque beneficio per *fiat*,* & per *conceſſum* ſignaturis, ex eis per *fiat* habens, alteri præferatur.*

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula non erat in Regulis* Sixti *impreſſis, ſed* Pii *&* Pauli, *ſic ut in veritate eſſet dubium quomodo deberet practicari hodie hæc Regula: nam in Bullis non ponitur per* fiat, *vel per* conceſſum, *ſed in utraque Bulla ponitur nomen Papæ tantùm, & ſi dicamus in expeditione Bullarum, quòd debet expediri tantùm per* fiat, *& non per* conceſſum *in* Cancellaria, *vel in camera, certè non dicit hoc iſta regula. ſed caſu poſito, quòd ſic intelligeretur, hoc haberet locum quando arreſtaretur per adverſarium: ſed ſi non arreſtatur, & utraque Bulla eſſet expedita, tunc quomodo debet practicari in judicio, dubito, quia alia*
B *una Regula* XXV. *ſuprà dicit, quòd non adhibeatur fides ſupplicationi, ſed bullis tantùm, niſi forſan dicamus, quòd circa hoc eſſet danda iſta regula de mandato Vice-Cancellarii, &c. ut dicit Regula* XXVI. *ſuprà, hodie tamen credo, quòd practicaretur cum commiſſione per* placet, *aliàs quomodo poſſet deduci in judicio ſignatura per* conceſſum, *& per* fiat, *ſtante illa Regula per prædicta.*

Et pono exemplum in hac regula pro minus intelligentibus, ſi unus impetrat beneficium à Papa, & ipſe ſignat prout conſuevit facere, fiat ut petitur, *& ego impetro eadem die à Vice-Cancellario. vel ab alio cui data eſt poteſtas ſignandi, uſque ad certam quantitatem,*
C *puta à Vice-Cancellario per regulas cancellariæ, vel alteri per bullam, qui ſignat per* conceſſum ut petitur, &c. *tunc ille præferretur mihi quia habet per* fiat: *hoc dicit iſta Reg. quòd aliqualiter concordat cum jure communi* arg. c. ſi à Sede de præb. l. VI. *& eorum quæ dicunt ibi Doct. Sed de practica ego dubito, etiam in prædictis duobus modis: vel aliàs poteſt practicari in* Datario, *qui debet dare ſupplicationes: quia ſi viderit quòd ea die eſſet impetratio facta per* conceſſum, *&* per fiat, *quod poteſt retinere, vel reſecare illam quæ fuit per* conceſſum, *& dare illam quæ fuit ſignata per* fiat: *ſed tunc obſtabit illud quod inferius dicam. Caſu tamen quo practicaretur in* Datario, *& ipſe non faceret, tunc in*

can-

cancellaria poſſet fieri ad petitionem partis, & ſi non fiat in cancellaria, tunc poſſet fieri in
judicio, per regulam: Is qui in jus ſuccedit alterius, de reg. jur. lib. 6. & regula, Qui in jus
ſeq. tit. ſed de modo practicandi dubitatur: crederem tamen eſſe neceſſariam commiſſio-
nem ut dixi.

Item intelligo eam, etiamſi habens ſignaturam per conceſſum *ſit poſterior, & hoc vide-* 3
tur dicere, cùm loquitur indiſtinctè, licèt videatur facere contra prædictum c. ſi à Sede de
preb. lib. 6. aliàs quaſi de nihilo deſerviret ultra jus commune, faciunt not. in cap. Si Pa-
pa de privileg. lib. VI. & in cap. ſi duo de procur. eod. lib. *in hoc tamen remitto me*
ad Rotam: quia ex quo iſta Regula loquitur in terminis juris communis, deberet intelligi
ſecundùm jus commune, ut ſuperius dixi, & faciunt jura vulgaria.

Item ponderandum arbitror hic verba, ibi, concurrentibus ſignaturis, &c. *nam non*
dicit Regula, quòd impetrantes ſint concurrentes, id eſt, quòd ſint aliàs pares, ſed tantùm
D *dicit de ſignaturis concurrentibus, &c. ex quo ſequitur, quòd etiamſi impetrantes ſint inæ-*
quales, quòd habeat locum iſta regula: & ſic regula prærogativarum ſuprapoſita non ha-
beret locum hic.

Item ſi habens ſignaturam per conceſſum *ſit graduatus, vel aliàs prærogativatus, &* 4
habens per fiat, *non ſit talis, quòd nihilominus præferatur habens per* fiat: *hoc tamen vel-*
E *lem declarari. Sed pro iſta parte faciunt jura vulgaria dicentia, quòd generaliter di-* 5
ctum, generaliter debet intelligi, ſufficiat cap. ſi Romanorum XIX. diſtinct. *ſed pro*
contraria parte facit, quia verba generalia non extenduntur ad ea, de quibus non eſt di- 6
ctum vel cogitatum leg. cum Aquiliana ff. de tranſac. hoc dicit gloſſ. fin. in cap. ne
quis arbitretur XXII. quæſt. II. *ad hoc etiam facit iſta regula in dictus verbis, & fortè*
hoc eſſet verius per prædicta.

Limito etiam hanc regulam, niſi habens per fiat. *ſurreptitiè impetraverit: quia tunc al-*
ter debet ſibi præferri, quia quod nullum eſt, nullum debet producere effectum, ut dicit Ol- 7
drad. conſil. CVI. quod incipit, quod littera executoria in princip. & allegat no- 8
ta. in leg. cùm pater §. curatorum ff. de leg. II. & poſuit illud conſilium in fi. de
verb. ſignific. & de exe. rejud. & ſæpiùs ſuprà dixi, facit regula quæ contra jus,
de regulis juris lib. VI. & ad hoc faciunt ſupradicta.

Item limito eam in quantum loquitur de eodem die, niſi appareret de hora: quia tunc
F *ſi habens per* conceſſum, *probaret prioritatem ſignaturæ per horam, licèt eadem die debe-*
ret præferri alteri habenti per fiat, & *poteſt hoc probari per teſtes ut dicit gloſſ. nota.* in c. 9
duobus de reſcript. lib VI. & in d. c. ſi à Sede. *Cum quibus tranſeunt Doct. & Domin.*
ibi, & non obſtat iſta regula, quæ dicit tantùm de die, quia debet intelligi niſi probet de prio-
ritate horæ: nam Papa non intendit tollere jus quæſitum alicui ut dicit alia regula, & hoc
G *eſt de jure communi* l. I. §. Si quis à Principe ff ne quid in loco pub. cap. quamvis de
reſcript. lib ſexto. *& ad prædicta facit gloſſ. decreti quam ſuperius allegavi* XX. quæſt.
II. c. ne quis arbitretur: *quia Papa non cogitavit de hoc, ergo, &c. Ex quibus infero,*
quòd propter has cauſſas non poteſt Datarius lacerare ſupplicationem ſignatam per con-

ceſſum, *nec poteſt eam retinere concurrentem cum alia ſignata per Papam*, id eſt, *per fiat*: *nec in Cancellaria poteſt arreſtari in expeditione bullarum*, *etiam ad inſtantiam* 11 *partis*: *ſed ſola Rota, vel coram judice competente debet de hoc judicari, maximè ſi per partem excipiatur.*

Hic ſolebat eſſe una Regula tempore Sixti, *quæ dabat prærogativam Cardinalibus conferendi omnia beneficia ſpectantia ad collationes eorum*: *& illam aliàs gloſſavi*: *ſed quia hic non reperio in impreſſis, non oportet extendere verba, maximè quia arbitror eam nunquam quoad Curiales, & quoad exſpectantes, & etiam quoad Officiales Curiæ.*

COMMENTARIA JO. CHOKIER.

A *Iſta Regula*) Auctior facta eſt hæc Regula primùm per Julium III. qui poſt di- 12 ctionem *per fiat*, adjecit *etiam ut petitur*, & poſt dictionem *alteri*, ſubjecit *per conceſſum etiam motu proprio habenti præferatur*: deinde per Gregorium XIII. qui poſt vocem *præferatur*, adjecit, *etiamſi in illa per conceſſum prægnantiores*, *& quantumlibet privilegiatæ eſſent clauſulæ*: quas clauſulas ut alii exinde Pontifices ſecuti ſunt, ita tollunt varia dubia, quæ ex illa Innocentii oriri potuiſſent, utpote quæ variis modis amplient Regulam Innocentii ſupraſcriptam, & maximè quoad clauſulam motus proprii, cujus alioqui qualitas potentior eſt omnibus aliis, teſte Jo. And. *in c. duobus, num. 5. in fin. de Reſcript. in 6.* Caſſad. *Deciſ. 9. num. 3. in ſ. de præbend.* Attamen licèt illa adjecta ſit ſignaturæ *per conceſſum*, non propterea tamen præferetur habenti ſignaturam per *fiat*, licèt ſint qui velint utrique clauſulæ eandem vim & poteſtatem ineſſe, ſed de nihilo. Nam clauſula *fiat ut petitur*, ſignificat gratiam de præſenti, id eſt dicere, ut nunc fiat, ut tunc conſenſus perfectus ſit, & tum conſenſu ſuo irrevocabili Princeps ligetur, non in futurum, ſeu in tempus expeditarum ſigillatarumque litterarum vim illius diſtuliſſe videatur Felii *in cap. 1. de Conſtitut.* Calder. *in cap. Quiſquis de electio.* Pechius *de amortiſat. bon. cap. 26.* quod verum eſt, quando ſubjecta materia ſolùm gratiam contineret; ſecùs tamen quando in ſupplicatione plura ponuntur, quorum aliqua gratiam continent, aliqua verò juſtitiam, quæ ſecundùm jus regulatur, nam tali caſu ſi Papa talem ſupplicationem per *fiat ut petitur* ſignaret, Papa ſolùm concedere videtur ea, quæ juſtitiam concernunt, & ea, quæ ſecundùm jus commune ſunt, & hoc caſu propter rerum mixturam illud verbum *fiat* à ſui natura exorbitaret, & per conſequens gratiam inducere videretur, Gomeſ. *ad Reg. de Non jud. juxta form. ſupp. q. 16. verſ. Eſt tamen unum.*

B *Quia una Regula XXV.*) Illa non obſtat, nec procedit, quando ſupplicatio pro- 13 ducitur pro declaratione litterarum, & ad probandum circumſtantias, & qua-

litates

ſitates gratiæ, & an illa ſit per *fiat*, an per *conceſſum*: ideoque bonum eſt, inquit Rebuffus *in praxi in 2. part. ſignat. num.* 13. producere ſignaturam, alioqui ex bullæ tenore dignoſci non poteſt. Unde quis cautus eſſe debet, ut tam bullam, quàm ſignaturam conſpiciat, & ex illis veritatem elicere poterit.

C *Signandi uſque ad certam quantitatem*) Vide infrà Reg. 68.

D *Quòd habeat locum iſta Regula*) Idem ſentit Mandoſius *hic quæſt.* 3. & Gomeſius 14
ſcribens in pluribus cauſſis fuiſſe judicatum pro habente ſignaturam per *fiat*, etiamſi habens per *conceſſum* ſit graduatus, ſeu privilegiatus: etiamſi ſit in poſſeſſione. Rebuff. *in praxi part. 2. ſignaturæ num.* 11. *per cap. Si à Sede de Præbend.* quid in
ſignaturis ad beneficia vacatura? quid in penſionibus? Vide eundem Mando- 15
ſium *quæſt.* 6. & 8.

E *Nihilominus præferatur*) Etiam poſſeſſori, ut dixi, habenti per conceſſum Caſſad. *Deciſ.* 14. *de Præbend.* Rebuff. *d. loco.*

F *Niſi appareret de hora*) Hanc noſtri Auctoris limitationem probat, pluribus- 16
que argumentis confirmat Mandoſ. *hic quæſt. 5. num. 3. & ſeqq.* qui quoque in
ſubſequenti quæſtione 10. hanc ipſam regulam aliter limitat, ut videlicet non 17
procedat in concurſu gratiarum ſi neutri, quibus argumentis, tu videto: ſed uter
præferatur, habensne gratiam per *fiat motu proprio*, an verò per *fiat ut petitur*? Videatur Mandoſ. *q.* 13 & 14. 18

G *Ut dicit alia Regula*) Supra Reg. XVII. De non tollendo jus quæſitum.

Argumenta in Reg. XXXII. Innocentii VIII. *quæ eſt* XXXIV. Pauli V.

1. Verbum prætendet in hac Regula, refertur tantùm ad tempus præſens & præteritum, non futurum.
2. Illa ſumenda eſt interpretatio, quæ benignior eſt.
3. Per verba ſequentia, intelliguntur præcedentia.
4. Hæc Regula locum non habet in vacatione per ſententiam.
5. Cauſſa non dicitur beneficialis, cùm agitur de privatione facti.
6. Pacificus quis dicatur ad affectum hujus Regulæ, & num. 24.
7. Lis non dicitur mota antequam ille cui movetur ſciat ſe citatum.
8. Satis eſt citationem fuiſſe decretam intra ſex menſes.
9. Poteſt quis reputari pacificus poſſeſſor quoad quædam, licèt lis ſit illi per alios mota: & quid ſi lis fuerit cum prædeceſſore poſſeſſoris annalis? & poſt num. 33.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

10. Gradus & nobilitas non exprimenda illam non habenti.
11. Illam expreſſionem etiam excuſat fama in contrarium, vel probabilis ignorantia.
12. Evocatio intra ſex menſes intelligitur à tempore datæ impetrationis non exped. bullarum.
13. Verbum *extunc* denotat extremitatem temporis & num. 36.
14. Annus quo debet finire impetrans litem, incipit currere à die citationis ſive fuerit miſſa intra ſex menſes, ſive ſub finem eorundem.
15. Tempus hujus Reg non currit contra impetrantem ſi per opponentem mora injiciatur, de quo tamen proteſtari debet.
16. Verba in hac Regula *debeat & teneatur* neceſſitatem important.
17. Per ſequentia declarantur præcedentia.
18. Intellectus verborum *alius modus vacationis non veniat.*
19. Gratia *ſi neutri* quando habeat locum.
20. Cautela adverſus hanc Regulam.
21. An hæc Regula defendat execrabilem.
22. Intellectus verborum *certo modo vacare prætendit* & num. 66.
23. Regula hæc in quo per noviſſimos Pontifices ſit aucta.
24. An appellatione beneficii ad effectum hujus Regulæ veniant officia?
25. An ſub hac regula comprehendantur præſtimonia, penſiones, beneficia manualia, hoſpitalia, Commendæ, Vicariæ perpetuæ, beneficia Jurispatronatus, & Capellaniæ, quæ in titulum dantur? & quid de relevatis?
26. Annus pacificæ poſſeſſionis incipit currere à die adeptæ poſſeſſionis beneficii quod impetratur, iſque continuus eſſe debet.
27. Beneficium ipſo facto, & ipſo jure, quomodo & quibus modis vacare dicatur, & qui ſint utriusque vacationis effectus?
28. In vacatione ipſo jure, ſive ipſo facto, an requiratur ſententia declaratoria.
29. Homicida privandus demum beneficio per ſententiam, ideo antea illam poteſt reſignare, quod limita in reſignatione ſimplici, non in favorem; & dummodò homicidium non ſit qualificatum.
30. Accuſatione vel inquiſitione pendente, utrùm criminoſus poſſit reſignare ſua beneficia. Item privatione facta ubi beneficia vacare cenſeantur.
31. Hæc Regula locum non habet in vacatione per ſententiam.
32. Pacificus poſſeſſor quis dicatur ad effectum hujus Regulæ.
33. Citatus etiam nulliter dum tamen proceſſus ſit introductus, non dicitur pacificè poſſidere.
34. Satis eſt ad effectum hujus Regulæ pacificam eſſe poſſeſſionem quoad titulum, etiamſi fructus non percipiat.
35. Si reus habens notitiam citationis nondum executæ, & veniat ad cauſam, lis dicitur pendere.

36 Li-